Alexander Episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Episcopo Col-
mensi salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis dilecto-
rum filiorum magistri et fratrum hospitalis S. Marie
Theutonicorum petitio continebat, quod cum iam dudum
per sedem apostolicam et Legatos ipsius fuerit ordinatum
ut quidam magister et fratres duas partes terrarum prussie
quas possent eripere de manibus paganorum liberam
et episcopi locorum ipsorum tertiam earundem terrarum
deberent obtinere, Magister et fratres predicti iuxta ordina-
cionem huiusmodi terram diocesis Varmiensis cum Venerabili
fratre nostro Varmiensi Episcopo sponte et concorditer di-
vise~~runt~~ verunt prout in patentibus litteris eiusdem Episcopi con-
fectis, communibus ac suo et dicti magistri sigillo signatis
plenius continetur, Nos igitur eorundem magistri et
fratrum supplicationibus inclinati fraternitati tue
per apostolica scripta mandamus quatenus divisionem
huiusmodi sicut proinde facta est, et ab utraque parte sponte
recepta et actenus pacifice observata faciens auctoritate
nostra appellatione remota firmiter observari, non
obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, ~~[illegible]~~
quod suspendi vel interdici aut excommunicari non pos-
sint per litteras apostolicas nisi de indulto huiusmodi plenam
et expressam seu de verbo ad verbum in eis mentionem habea-
~~1244~~, tur Datum Neapoli vi Idus Marcij pontificatus nostri
1256 Anno primo.

iiij. Alexander Episcopus servus servorum dei dilectis filijs
magistro et fratribus hospitalis S. Marie Theutonicorum
in Prussia salutem et apostolicam benedictionem Cum a no-
bis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor